



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd omnes fideles accepto baptismate chrisma coeleste percipere
debeant. lxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

rum ab aliis quàm ab ipsis apostolis legitur, aut sciatur per- *Campa-*
actum esse: neque ab aliis, sicut iam dictum est, quam ab il- *niam ex-*
lis qui eorum locum tenent vnquam perfici potest aut fieri *Tusciam*
debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur *constitutis*
& vacuum, nec inter Ecclesiastica vnquam reputabitur sa- *scribit.*
cramenta.

Item de confirmatione. Cap. LXIII.

Precipimus vt ad accipiendum per manus impositio- *Ex cõcil.*
nem pontificis spiritus sancti donum, soicitè & deuo- *Moguti,*
tè omnes concurrant, & episcopo suo ea quæ necessaria sunt *cap. 5.*
fideliter ministrent, eique ab omnibus & per omnia obe-
diatur.

Quòd omnes fideles accepto baptisate chrisma perci-
pere debeant. Cap. LXV.

Quod oporteat eos qui baptizantur post lauachrum *Ex cõcil.*
chrisma cœleste percipere, & regni Christi partici- *Laodicēsi*
pes inueniri. *cap. 48.*

vt omnes venati fonte baptismatis, donum sancti spiri-
tus per manus impositionem accipere debeant.

Caput LXVI.

Omnes enim fideles per manus impositionem episco- *Ex epist.*
porum, post baptismum accipere debet spiritum sanctum, *Anteri*
vt pleni Christiani inueniantur. Dei, quia quum spiritus. *pap. c. 15*
De spiritu sancto accipimus vt spirituales efficiamur: quia anima-
lis homo non percipit ea quæ sunt spiritus sanctus infunditur,
cor fidele ad prudentiam, ad constantiam dilatur. De spiritu
sancto accipimus, vt sapiamus inter bonum & malum discernere,
iusta diligere, iniusta respicere, vt inuidiam ac superbia repug-
nemus, vt luxuria, ac diuersis inlecebris, & fordis indignis-
que cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus,
vt amore & gloriæ ardore succenti erigere à terrenis men-
tem ad superna & ad diuina valeamus.

vt episcopi non nisi ieiuni confirmationes faciant, exce-
pta causa infirmitatis Cap. LXVII.

Vt episcopi non nisi ieiuni per impositionem manuum *Ex cõcil.*
spiritum sanctum tradant exceptis infirmis, & morte *Meldēsi,*
periclitantibus. Sicut aurem duobus temporibus, Pascha vi- *cap. 6.*
delicet & Pentheoste, à ieiuniis celebrari debet baptismus,
ita etiam traditionem sancti spiritus à ieiuniis pontificibus
conuenit celebrari.